# De vtriuſque gladii facultate, vſuque legitimo, Axioma catholicum: authore Reuerendo in Chriſto patre D. Roberto, diuina clementia Arboricẽſi præſule, doctore Theologo & ordine & origine Pariſienſi.

Adiecta eſt methodus quędam apologetica, ſuper comprimenda hæreticorum ferocia ad D. Fráciſcum Baptiſtam Candelariũ, aulæ Rothomagenſis Palatinæ Senatorem, iuriſconſultiſſimorum æquiſſimũ, eodem authore.

PARISIIS.
Ex officina Carolæ Guillard ſub Sole aureo, uia ad diuum Iacobum.
Anno domini
1546.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

MARTINI MESNARTII PARISIenſis hendecaſyllabum ad authorem, eiuſdem nomen alariis elementis colligens.

| | | |
|---|---|---|
| R | es & terra canit tuas & æthe | R: |
| O | mnis Gallia te ore promit vn | O |
| B | aſim, cui vocitare iuſtus io | B. |
| E | n orbes ſuperi tonante voc | E |
| R | eddentes tibi gratiam audiuntu | R. |
| T | e Northmania, te Lutecia effer | T, |
| E | t pagarius, & hercle miles ipſ | E. |
| C | ui nec præla tacēt libraria, iſthæ | C |
| E | t præſtās ſchola laudem, vt & Camœna | E. |
| N | ecnon fœtus hic aureum volume | N |
| A | ſſurgit tibi, concinitque dign | A |
| L | audis præmia: quem modo aureus So | L |
| I | n lucem iubet egredi, hoc & vt | I |
| S | uadet, dátue licentiam quibuſui | S. |

Eiuſdem ad lectorem carmen circulare.

Contegitur nuce glans, frumentum condit ariſta,
Conchula tincturam dat tibi purpuream.
Perſpicito (bone vir) condat quid pagina præſens,
Cortice ſub modico fert ita diuitias.
Pontificum pia quid grauitas, quid ſanctio legum,
Cœlica quid dictent hic ſimul inuenies.

Inuerte.

Purpuream tibi dat tincturam conchula, ariſta
Condit frumentum, glans nuce contegitur.
Diuitias ita fert modico ſub cortice præſens
Pagina, quid condat (vir bone) perſpicito.
Inuenies ſimul hic dictent quid cœlica, legum
Sanctio quid, grauitas quid pia pontificum.

Eiuſdem ad idem diſtichum nouum, ſingulis vocibus in ſe retrogradis conſtans.

Oro non reffer mucoum ſitis, ebibe: meſſem
Non eme, ſumamus: non ege, ibi ecce ſeges.

IN AXIOMA DE VSV AC PO-
teſtate utriuſque gladij, ſpiritualis ſcilicet & cor-
poralis : quomodo hic corpus afficiat, ille animum:
liminaris commendatitia epiſtola ad Reuerendiſſi-
mum D.D. Franciſcum Turnonium, Tituli ſancto-
rum Petri & Marcellini presbyterũ Cardinalem,
ac Nouampopulaniæ primarium antiſtitem, Ger-
manici quoque Pratenſis cœnobij in ſummœnio Pa-
riſienſi præſulem per omnia bene merentem.

CVM te certiſſimè ſciam aulici comitatus curis penè obrutum, eiusq; nexibus undiq; implicitum (purpuratorũ eccleſiæ procerum eximium decus, aulicorumq; tutiſſimum aſylum Frãciſce Turnonie) forſan cõmiſiſſe uidebor, ꝙ ardua (quibus ſeriò ſemper incũbis) & publica & priuata negotia meis nugis interturbare aggrediar. Qua ĩ re authorẽ habeo poetã illũ perſpicaciſſimum ad Auguſtum Cæſarem ita præloquentẽ:

Cùm tot ſuſtineas & tanta negotia ſolus:
Res Italas armis tutêris, moribus ornes,
Legibus emendes: in commoda publica peccem,
Si longo ſermone morer tua tempora Cæſar.

Cùm igitur huius eulogij pars maxima tuæ aptiſſimè congruat auctoritati: nihil mihi ſupereſſe uidebam, niſi quòd à proprio deſiſterẽ inſtituto. Viciſſet itaque ea omninò ſententia, quæ mihi ſilentiũ imperabat: niſi ſcirem cuiuis homini, quantũcunq; occupatiſſimo, ioca nonnunquam ſeriìs admiſcenda, ne extentus ſemper

ac ieiunæ, ac magna etiam ex parte impiæ, extutbatæ ſint, & exploſæ.

Diſcant igitut præmaſo à doctioribus cibo eſſe cõtenta nullius aut diſcretionis aut iudicij frigida ingenia: ne dum altioribus inhiant, ad ima delabãtur. Hanc illis dominus mentẽ conferat, collatámque conſeruet vnitrinus deus ſemper, & ſuper omnia benedictus in ſecula. Amen.

Excudebat Carola Guillard ſub ſole aureo, via ad diuum Iacobum.
1546.